

Zc

6247



XI, 85.



4

ORATIO
HABITA XII.
DIE NOVEM-
BRIS IN ITERATIS EXE-
quijs funeris Illustris. Principis
ac Dominae, ANNAE AV-
GVSTAE, &c.

A
IOHANNE MAIORE. D.



VVITTEBERGAE
Excudebat Matthæus Uelack.
ANNO M. D. LXXXV.

12

HAC igitur praesente bono nos lege fruamur,
Ut bene nos usus mens quasi teste probet.
Huncq; diu incolumem seruent ut fata precamur,
Seruari nostra quem prece fata volunt.
Nos tamen agnouisse bonum, quod tempus ademit,
Arguit hic cineri carmine factus honos.
Vobis est eadem res & sententia mecum:
Carmina cum gestu fortè fuere mea.
Quæ ceu signa dedi vestri vocalia sensus,
Communisq; una voce querela fuit.
SED si fata vocant, non succi auertere morbum,
Non morti poterunt gramina ferre moram.
Quare non lacrymis nostris uult umbra reduci
Ad lacrymas, quibus est morte soluta semel.
Quæ vitæ inuidia est cœlo, atq; quietis in urna?
Cum mors morte Dei victa, sit alma quies.
Ut posthac bene sit mala passæ, & vindice Christo
Fine bono vitam clausit in orbe bonam.
NON homo totus obit, sed quodam ex carcere transit;
Si tamen est auctus prole, renatus erit.
Hocq; magis, si sit sua proles consona patri,
Quaq; gerit partes, iudicet esse Dei.
Quam genere ac virtute suis maioribus æquam,
Et missam è cœlo nunc in honore ferunt.
Hancq; ut fata diu seruent, & honoribus ornent,
Omnes ad cœlum vota, manusq; leuant.

~~C 2~~

RECTOR #

RECTOR ACADEMIÆ VVITEBER-
GENSIS, VALENTINVS ESPICH, MEDI-
cinae Doctor & Professor publ.

Recens vulnus est, quod ex morte Inclytæ Princi-
pis, coniugis dilectissimæ Illustrissimæ Ducis Sa-
xonie AVGVSTI, Electoris &c. Domini no-
stri clementissimæ accepimus, eiusq; sensum & memo-
riam ita facile ex animo deponere non possumus. Eisi
enim laudatissima illa princeps, quæ in religiosa fide
& fiducia in Filium Dei placide decessit, lacrymis
aut querelis non reuocatur, neq; si optio daretur, redire
cuperet ad communes vitæ huius misérias, cum gloria
& læticia nunc fruatur ea, quam cogitatione nemo ho-
minum assequi, nedum oratione possit exprimere: ta-
men nostra causa dolemus, metuentes calamitates pub-
licas & priuatas, quas sequi solere mortes Principum,
de exemplis historiarum constat: tum præsertim, quan-
do homines ingrati non agnoscunt beneficia, quæ DEVS
per pios ac salutares Magistratus hominum societati
tribuit: & quando profana securitas accedit, contem-
nens signa iræ & iudicij diuini, ac delicta delictis cu-
mulans: cuiusmodi hæc tempora nostra esse, pij atque
moderati cum gemitu & dolore agnoscunt ac deplo-
rant.

rant. Quare D E V M oramus, ut in ira misericordia
sua recordetur, & meritas pœnas clementer auertat
aut mitiget: saluum diu & incolumen nobis hunc ocu-
lum Germaniæ, Illustriss. Principem Electorem, Do-
minum nostrum clementissimum conseruet: tueatur
harum regionum Ecclesias & Respublicas: compri-
mat scuitiam grassantis pestilentia, gubernet studia &
labores nostros, ut seruiant gloria ipsius, & nobis atq;
alijs salutare sint & fructuosi. Has preces & vota
cum omni tempore religiosè nos facere decet, tum hoc
in primis, ubi res communes ἐπιεὺς ἀκμῆς sunt posita, &
mala plura ac maiora impendent, quàm animo for-
tassis cogitare & prospicere possumus: ut meritò ad
D E V M conuertere sese unusquisq;, eiq; salutem com-
munem & suam precibus suis commendare debeat.
Et quia omni ratione ac studio testari cupimus dolo-
rem nostrum, quem in animo circumferimus, ex obi-
tu Illustriss. Principis ac Domini nostri: conuenie-
mus ad iteratas funeris eius exequias, die ab hinc sex-
to, qui erit XII. mensis huius: quo die Vir Clariss. &
Poetarum decus eximium, D. JOHANNES MAIOR,
Collega noster, suis etiam Musis celebraturus est me-
moriã Inclytæ & AVGVSTÆ Principis, demor-

14
tua: Quod officium cum sponte sua se debere intelligebat
pietati ac meritis Clementissimi Magistratus nostri,
tum nobis rogantibus prestitit studiosius ac libentius.
Cum igitur ab eius ingenio & doctrina erudita, nihil
vulgare nunc etiam expectemus, vos hortamur, ut in-
dicato die, hora IX. in Schola maxima convenire,
atque ijs audiendis, quæ tum recitabuntur, operam at-
tentè ac placidè dare nobiscum velitis. Quod enim Il-
lustrissima Domina nostra ac matri patriæ deinceps
prestare possimus, nihil aliud suppetit, quàm ut eius
memoriam cum caritate & observantia retineamus,
ac virtutes nobis imitandas proponamus, quæ in ea il-
lustres fuerunt ac precipuæ. Quam ad rem cum su-
um hoc studium & industriam conferat Poeta præ-
stantiss. Musis eius gratiæ debentur, & erit celebritas
fama ipsarum perpetua. PP. VII. die, mensis Octob.
Anno Iesu Christi M. D. LXXV.

Zc 6247

ULB Halle

3


004 953 630



TA/OL

H.C.






Blank paper label on the upper right corner of the book cover.

6





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

ATIO
TA XII.
OVEM
ERATIS EXE
Illustris. Principis
e, ANNAE AV
TAE, &c.
A
E MAIORE. D.
BERGAE
Matthaus Uelack.
D. LXXXV.

4